



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Militarivm Ordinvm Origines, Statvta, Symbola, Et  
Insignia, Iconibus, additis genuinis**

**Mennens, Frans**

**Maceratae, 1623**

Ordo Militaris Columbæ & Rationis apud Castellanos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10718**

tis & amicitiae simulachrum, individuumque pro patriæ defensione Societatem denotari. Talis autem baltheo exornata vi suntur gentilicia Lusinianorum arma, quæ quadripartita regni Hierosolymitani, Cyperi, Armeniae, & Lusignianæ familiæ insignibus interstinetæ esse alibi docuimus. Vide Stephanum Lusignianum, qui 67. familiarum è stirpe Lusigniana descendenterum, genealogiam concinnauit.

*Insignia  
Lusignia-  
norum.*

### O R D O M I L I T A R I S

Columba & Rationis apud  
Castellanos.

*Annos sup-  
putandi  
mos.*

*a 1358.  
b 1485.*

*Ordo Equi-  
tū Celum-  
ba & col-  
lare.*

*Ordo mili-  
tum Ratio-  
nis.*

Ioannes I. Castellæ Rex, quo auctore apud Hispanos supputandi ratio, (eam quam *Eram Domini*, aut *Eram Cæsar* ab Octauiani Augusti ætate, tum in historia, actionum formulis, atque priscis conuentuum ecclesiasticorum actis, tum priuatum in sermone familiari dicere consueuerunt) Anno salutis 1383. antiquata est, atque ad Christi ortum reuocata, quod paulò ante fecerant a Valentini. Non multo post imitati sunt b Lusitani exemplo aliarum provinciarum, vti Iustiniani Imp. ætate, Dionysius Abbas Romanus, sublati alijs supputandi rationibus excogitasse primus atque inuicisse in Remp. Christianam memoratur. Is, inquam, Ioannes paulò ante vitæ finem anno 1390. Insigne equestræ excogitarat. Columbae effigiem ex aureo torque radijs solaribus distincto, pendentem, nobilibus, aulicisque proceribus ad præclara facinora Henrici II. aui exemplo, honoris specie obiecta, incitamentum. Cuius generis plura collaria S. gobie ipso D. Iacobio festo die, in urbis templo maiori solenni ritu ex altari arripiens, inter Equites distribuit simul & librum constitutionum, quibus singuli adstrati essent, exhibuit. *odibz* Insuper & aliud honoris insigne, cui *Rationis* nomen dedit, armigeris

& minoris notæ nobilibus, qui in hastiliudijs, alijsque bellicis exercitijs strenue sese gefissent, certa hinc gloriae reportandæ ex re fortiter gesta, hinc benevolentia, gratia ac munificientia à Principe consequendæ spe, promerendum proposuerat. Verum morte eius intempestua, quæ in eundem annum incidit, vt Ioannes Maria lib. 18. cap. 13. & Hier. Romanus lib. 7. de Rep. tradunt, res prius quam stabiliretur, euanuit.

### M I L I T I A O R D I N I S

Draconici in Germania &  
Hungaria, Tusini in Bohe-  
mia, Disciplinarum in Au-  
stria.

Post Carolum Magnum, qui imperium occidentale maxima nominis Christiani gloria restaurauit, & in Regum Franciæ familia primò fundatum, ad Germanos, atq; adeò Saxones, quod à Regibus Francorum originem ducerent, transfult. id rursus Lucemburgij summa virtute Principes, per domesticas calamitates debilitatum, erexerunt pristinamque maiestatem reddiderunt: Henricus nempe VII. & eius nepos Carolus IV. aureæ bullæ cōditor, Caroliq; filij Vuenceslaus & Sigism. qui omnes magni nominis Imperatores sceptro potiti. Quoru posterior Sigism. adeò studiosus fuisse legitur magnitudinis Christianæ, ut non solù plusquævices collatis signis cum barbaris pugnauerit gloriofissimosq; de hoste triumphos reportarit, sed & zelo &hortatu eius duo occumenica consilia unum Constantiæ, alterum Basileæ, extirpando schismati & heresi valide orbem Christianum præsertim Hungariam & Bohemiam concutienti, celebrata sint. Itaque yr Christiana sacra contra infideles commodius tueretur, ac propagaret, ere- *Insignia* xit ordinem militum Draconicorum, *Equirum* quos insigni Draconis deuicti & præ- *Draconi-* cipitati decorauit, testandæ extir- *cationi*